Iohannem et David. Illa de timore
dei dicit quo timet anima ne
dampnetur. Illa de timore quo
timet anima ne deseratur. Ille est
timor quem caritas excludit.
Ille vero timor qui permanet in
seculum seculi. Ecce in hiis verbis pre
dictis aperte ostendit Augustinus quid
sit timor castus et quid servilis
et quantum differant. In quibus etiam
initialem timorem fatetur qui nec
ex toto servilis nec ex toto est
castus. Sed tamquam medius ali
quid de servili et aliquid de casto
timore habet. Facit enim servire
quibusdam timore pene quibusdam amore
iustitie. Per quem timemus puniri
et timemus offendere. Iste timor
est in inchoata caritate non imp
erfecta et quantum crescit caritas
tantum decrescit iste timor quantum
ad metum pene id est quantum ad id
quod facit timere penam et quantum
ad tormentum consistit(?). Nam quanto
diligimus tanto minus timemus.
Iste timor videtur nullibi(?)
Augustinus ubi non negat eorum(?)
esse in caritate inchoata sed im
perfecta. quod quia non posset dici
de servili. quia ut ipse supra dixit
servilis timor non remanet
veniente caritate nec intrat
caritas nisi prius ille timor ex
eat. nec in illo timore quis
credit in deum et si credat
deo non benefacit etiam si bonum
est quod facit. Non est ergo timor
ille in caritate etiam inchoata
fore concessus et quem existente
caritate decrescere dixit. Sed
ille est timor initialis quem
non esse negat in caritate imper
fecta sit. Quod timor servilis in

itialis dicitur initium sapientie sed
differenter(?)

Sciendum est tamen quod uterque supra
dictus timor scilicet servilis et
initialis in scripture diversis
locis dicitur initium sapientie et ita
fore comperies si diligenter an
notaveris loca scripture in quibus
de timore domini fit mentio.
Ex alia tamen ratione et causa di
versa dicitur servilis initium sapi
entie et ex alia initialis. Ser
vilis ideo dicitur initium sapientie
quia preparat locum sapientie et ducit ad
sapientiam. Sed tamen non remanet cum
ea primo foras exit. Initialis
vero dicitur initium sapientie quia est in
choata sapientia quem cum quis ha
bere incipit sapientiam et caritatem
incipit habere. Inde est quod uterque
timor dicitur initialis quia in
venire(?) potest per diversa scripture
loca. Uterque etiam timor initialis
dicitur servilis quia et ipse initialis
qui est in caritate inchoata a
liquid habet de servili scilicet angorem
pene pavet et aliquid habet de ca
sto scilicet quod timet offendi ac separ
ari a caro(?). De hoc quod Augustinus dicit
castum timorem esse eternum

Illud quoque diligenter est notandum
quod in superioribus Augustinus dicit
castum timorem esse eternum
per quod confirmat premissa sententia
scilicet quod spiritus timoris erit in
futuro sicut et alia dona spiritus sancti.
Sed non habebit eundem illum usum
quem nunc habet. faciet enim timere
nos reverenter deum non ti
mere separari ut carere. Fuit ergo
in Christo timor ille sed non ad illum
usum quem habebunt in futuro
ministri(?) non enim timuit Christus
separari vel offendere deum sed cum
patribus donatus(?) est

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_326/0362
MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG